

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - X \[120\] : De Inacho](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - X [120] : De Inacho

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 23 : De Inacho](#) *a pour résumé ce document*

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[120\] : D'Inache](#) *est une transformation de ce document*

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[120\] : D'Inache](#) *est une traduction de ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication [Francfort, André Wechel, 1581](#)

Exemplaire [Regensburg \(Allemagne\), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307](#)

Formatin-8

langue(s) [Latin](#)

Pagination [p. 1067](#)

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Inachos](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 28/04/2023

desiderio. Argi verò oculi sunt libidines, asilus conscientiae stimulus, rerumque praeteritarum recordatio. hic facit ut exagitationi animi molestijs nos errasse sentiamus, & pristinam hominum formam resumamus, ac Dij immortales denique per sanctitatem vitae & innocentiam, & iustitiam, & humanitatem in omnes viros bonos efficiamur: si Deus optimus hunc asilum nobis immittere voluerit: quod ut faciat, assidue rogandus est.

De Vesta.

Cum vellent significare terram esse tanquam mundi stabilimentum ac firmamentum corporum naturalium, unde omnia quae nascerentur initium caperent, Vestam omnium Deorum matrem appellaverunt: quam ob rem omnium sacrificiorum primitias illi primae obtulerunt. quod autem omnia elementa Deorum nominibus appellarentur, iam explicatum est.

De Iride.

Iridem dixerunt antiqui nasci à filia Oceani & Sole, quia sine pluvia non fit, aut sine Sole intra nubes: quae cum sit nuntia Iunonis & soror Harpyiarum, indicium est mutationum aeris futurarum & ventorum aut serenitatis nuntia. Certissima enim signa Iridem sequuntur. dicitur eadem animas mulierum à corporibus euocare solita, quia animae mortalium inclusae sunt in his corporibus, quas non licet eijcere nisi ad Dei nutum, cum nemo vitae suae iure esse possit arbiter: quod quique sumus divina Dei vel praedia vel iumenta.

De Alpheo.

Per Alphei autem fluminis fabulam significaverunt antiqui, quod animus noster virtutem suapte natura expetat. quare cum Alpheus fluuius esset purgandis maculis accommodatus, dictus est sequi Arethusam. nam animae multis vitiorum voluptatumque maculis contaminatae non sunt ad virtutem propensae, sed quasi brutorum in hominum corporibus viuunt.

De Inacho.

Sic per Inachi fabulam fluuiorum & aeris naturam explicarunt, cum difficillimum sit iudicium plus ne aeris vis an aquarum conferat regioni: nam ubi alterum horum parum bonum fuerit, locus non est habitabilis. aeris tamen natura videtur magis spectanda, ut cuius usus sit frequentior: quae etiam causa fuit, ut Inachus sit in contentione inferior Iunone iudicatus.